



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Septiceps Lvthervs, Vbique Sibi, Svis Scriptis contrarius,
in visitationem Saxoniam**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1564

De excommunicatione, cap. 44.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35803

DE EXCOMMUNICATIONE.

rum nostrorum cōsuetudine, quietè & pacifi-
cè obtemperent populi tui statutis & ordina-
tionibus Ecclesiæ (quam Christus audiri præ-
cipit) & Rom. Pontificum Decretis, quos o-
uium Christi pastores tota per M. D. annos
agnoscit Ecclesia, quãdoquidem & Dominus
pastoris vocem vult audiri, & agnosci ab o-
uibus suis Ioan. x.

De excommunicatione.

CAPVT XLIIII.

QVanti fecerit multo tempore Excom-
municationem Lutherus, quis ignorat?
totus enim obsurduit ad eam, & surduit in ea,
absorptus ab ea: Ita vt in profundum pecca-
torum delapsus sic eam contempserit, vt pu-
blicè rogaret, ne vnquam absoluator. Et quã-
quã verbis nunc eam rursus doceat non con-
temnendã, re ipsa tamè adhuc cõténit, semper
in excommunicatione iacens absque pœniten-
tia, vt rectè dixerit de eo Ioannes in Apocalyp-
si, Qui sordet, sordescat adhuc. Ait nunc bo-
num fore, si pœna veræ & Christianæ excom-
municationis, de qua scriptũ est Matt. 18. non
prorsus aboleretur. Quis verò magis abole-
uit eam quã ipse, qui tam superbè eam cõtém-
nit, & Philippus eius, qui eam frigidum ful-
men vocat? Et ipse ad Nobiles Germaniæ
scribens voluit eiusmodi tonitrua, ac fulmina

*In execratio-
ne Bullæ.*

Apoc. 22.

In lib. Vifi.

*In Didymo
fauentino.*

decem vlnis defodi in terram, vt ne nomen
 quidem & memoria eorum remaneret super
 terrā, ait nunc, Pœna ista cōtemni non debet:
 Cū enim sit maledictio à Deo præcepta super
 peccatores, non debet floccipendi: quia talis
 maledictio non est inanis & frustranea. In Af-
 fertione autem sua probat, quod docendi sint
 Christiani, plus diligere excommunicationē,
 quā timere. Cæterū in sermone quodā sic ait:
 Excōmunicatio Ecclesiastica, est dūtaxat æter-
 næ priuatio communionis, scilicet sacramen-
 torum, funeris, sepulturæ, publicæ orationis,
 deinde aliarum corporalis necessitatis rerum
 & conuersationum. Et infrā: Igitur Ecclesia-
 stica excommunicatio est pium & maternum
 Ecclesiæ flagellū, super corpus & res corporis
 impositum, quo non trudit ad infernum, sed
 potius reuocat & vrget ad salutem eos, qui ad
 inferna properāt: Ideò cū summa exultatione &
 reuerētia simul amplectēdum, nedum patien-
 tissimè ferendum est. Illud solū & maximè
 curandum est, ne excōmunicatio tam fidele
 salutis ministerium cōtemnatur aut impatien-
 tius feratur. Quia non modò propter potesta-
 tem Ecclesiæ, quæ per seipsam semper est me-
 tuenda, sed etiam propter piam huius potesta-
 tis operationem & salutis propriæ promotio-
 nem, amanda. At nostro seculo fieri (heu mi-
 seriam) videmus (inquit) vt Oficiales truci-
 dent, Notarios & nuncios cædant, mer-
 gant, captiuent, aliāque detestabilia portenta

Ad nobilitatem Germaniam.

In asser.

art. 24.

In sermo. de Excommunicatione.

DE EXCOMMUNICATIONE.

committant. Quod non facerent, credo, nisi vulgata illa erroneaque opinione crederent sese per excommunicationem tradi in damnationem, & non potius quæri ad salutem. Hinc etiam sceleribus adiiciunt desperationem, nouissimum omnium horrendissimumque malorum. Igitur, mei fratres in domino, nolite hæc portenta cogitare. Sint Officiales vel publicani, huius potestatis ministri, sint, inquã, boni, mali, qualescunque; non nocebit potestas ipsa vobis, sed proderit semper, siue sit in usu, siue abusu, tantummodo recte feratis eam, aut cum humilitate euadere seu solui quærite, Matrem intuimini Ecclesiam. Quid ad te, si virgam suam super te ponat per immanem indigni? nihilominus matris tuæ, dulcissimæ, virga est, & quidem saluberrima: Sed hui, omnia hæc puerilissima sunt, non quid velit, sed quid faciat duntaxat virga, consideramus: At super omnia, & in iis omnibus considerandum est, quod potestas Ecclesiæ, cum sit Christi potestas, licet pro nostris peccatis plerunque tradatur Pilatis, Herodibusque, Annis & Caiphis, violentissimisque aliis Tyrannis, nostrum tamen est, eam summis semper studiis reuereri & colere, exemplo Christi, qui sic Annam, Caipham, Pilatum honorauit. Ideo nec indignissimæ eiusdem abusionos nos debent permonere, quin quicquid ipsa fecerit, hilariter feramus, aut saltem cum reuerentia declinemus: Nam tempus nostrum periculosissimum est. Ideo prudentissimè oportet

oportet

oportet nos agere, ne propter personas, potestatem pariter vilipendamus: imò propter potestatem etiam vilissimas personas honoremus. Excommunicatio iniusta nobilissimum meritum est: ideò dulciter ferenda, si excusationi tuæ humiliter præstitæ, locus non fuerit datus. Hic enim dices illud Psal. cviiij. Maledicent illi, & tu benedices. Tantùm vide, ne potestatem cõtemnas. Vis potestatis prodest, contemptus verò tete perdet. Si enim aduersario iubemur consentire & benigni esse in via, quantò magis dulcissimæ matri Ecclesiæ, etiam si per indignissimos nos flagellet. Hæc ibi. Ex quibus certè intelligimus, quomodo miser rursus condemnat seipsum toties & tam grauitè, qui excommunicationem, vel iustissimam, impatientissimè tulit, & potestatem simul cum Papa & Ecclesia superbissimè contèpsit, hodièque adhuc contemnit, conuiciatur, maledicit, & blasphematur.

De reliquis nugis nouæ
visitationis.

C A P. XLV.

Multa inaniter nugatur hic Cucullatus, imò excucullatus iste Papa Saxonicus, De fonitu campanæ, De nouis superattendentibus, De præceptoribus & Scholis, modòque